hec· Rorate celi deſup ⁊ nubes plu
ant iuſtū apiat̄ terra ⁊ germinet
ſaluatorē ⁊ iuſticia oriat̄ ſimul·
Ego dn̄s creaui eū· Ve q̄ cōtradi
cit fictori ſuo teſta de ſamijs terre
Nūquid dicet lutū figulo ſuo· q̄d
facis ⁊ opus tuū abſqꝫ manibꝰ ē.
Ve qui dicit prī· quid generas ⁊
mulieri q̄d parturis? Hec dic do
minꝰ ſāctus iſrl̄ plaſtes eiꝰ· Vē
tura interrogate me ſuper filios

meos ⁊ sup opus manuū meaꝝ
mādate m̄. Ego feci t̄raȝ et hoīem
sup eā creaui. Ego ⁊ manꝰ mee te
tēderūt celos ⁊ oī milicie eoꝝ man
daui. Ego suscitaui eū ad iusticiaȝ
⁊ oēs vias eiꝰ dirigaȝ. Ipse edifi
cabit ciuitatē meā ⁊ captiuitatem
meā dimittet non in p̄cio neq; in
muneribꝰ dicit dn̄s deꝰ exercituū.
Hec dicit dn̄s. Labor egipti et ne
gociatio ethiopie ⁊ sabaim viri
sublimes ad te trāsibūt ⁊ tui erūt ⁊
post te ābulabūt. Vincti manicis
p̄gēt ⁊ te adorābūt teq; dep̄cabūť
Tm̄ in te est deꝰ et nō est deꝰ abs
q; te. Vere tu es deꝰ abscōditꝰ deꝰ
isrl̄ saluator. Cōfusi sūt ⁊ erubu
erūt oēs sil' abierūt in ꝯfusione fa
bricatores errorū. Isrl̄ saluatꝰ ē
in dn̄o salute et̄na. Nō ꝯfūdemi ⁊
nō erubescetis vsq; in seculū secu
li. q2 hec dicit dn̄s creās celos. Ip
se deus formās t̄rā ⁊ faciēs eā ipe
plastes eiꝰ. Nō invanum creauit
eā ut hītaret formauit eā. Ego dn̄s
⁊ nō alius. Nō in abscōdito locu
tus sū i loco t̄re tenebroso. Nō di
xi semī iacob frustra querite me.
Ego dn̄s loquēs iusticiā ānūciās
recta. Cōgregamini ⁊ venite ⁊ acce
dite sil' q̄ saluati estis ex gētibus
Nescierūt q̄ leuāt lignū sculpturē
sue ⁊ rogāt dn̄m non saluātē. An
nūciate ⁊ venite ⁊ ꝯsiliamini sil'. Quis
auditū fecit hoc. Ab initio ex tūc
p̄dixi illud. Nūqd nō ego dn̄s et
nō est vltra deꝰ absq; me. Deꝰ iu
stus ⁊ saluās nō est p̄ter me. Cō
uertimini ad me et salui eritis oēs
fines t̄re. q2 ego deꝰ ⁊ nō est alius
In memetipso iuraui egredieť de
ore meo iusticie v̄bū et nō reuerteť

q2 m̄ curuabunt oīa genu et iura
bit oīs lingua. Ergo in dn̄o dicet
Mee sūt iusticie ⁊ imperiū. Ad eū
venient ⁊ ꝯfūdent oēs q̄ repugnāt
ei. In dn̄o iustificabiť ⁊ laudabiť
oē semē isrl̄. Ca. xlvi.

Conflatus ē bel ꝯtritꝰ ē nabo
facta sūt simulachra eoꝝ be
stijs ⁊ iumētis. Onera v̄ra graui
pōdere vsq; ad lassitudiē ꝯtabu
erūt ⁊ cōtrita sūt sil'. Nō potuerūt
saluare portantē ⁊ aīa eoꝝ in cap
tiuitatē ibit. Audite me domꝰ ia
cob ⁊ oē residuū domus isrl̄. Qui
portamini a meo vtero q̄ gestamini a
mea vulua. Vsq; ad senectā ego
ipse ⁊ vsq; ad canos ego portabo
Ego feci ⁊ ego feram ⁊ ego porta
bo ⁊ saluabo. Cui assimilastis me
⁊ adeq̄stis ⁊ ꝯparastis me ⁊ feci
stis similē. Qui ꝯfertis aurum de
sacculo ⁊ argētū statera pōderātis
Cōducētes artificē ut faciat deū ⁊
p̄cidūt ⁊ adorāt. Portāt illū i hu
meris gestātes ⁊ ponētes in loco
suo. Et stabit ac de loco suo non
mouebiť. Sed ⁊ cū clamauerit ad
eū non audiet de tribulacōe non
saluabit eos. Mementote istud ⁊ cō
fūdamini redite p̄uaricatores ad
cor. Recordamini p̄oris seculi qm̄
ego sū deus non est ⁊ vltra deus:
nec est simil' mei annūciās ab ex
ordio nouissimū et ab initio que
nec dum facta sunt. Dicēs cōsiliū
meum stabit et oīs volūtas mea
fiet. Vocans ab oriente iustū et
de terra longinqua virū volunta
tis mee. Et locutus sum et addu
cam illud creaui et faciam illud.
Audite me duro corde qui longe
estis a iusticia. Prope feci iusticiā

meã non elongabit̄ ⁊ ſalus mea non morabit̄. Dabo in ſyon ſalutẽ iſraheli gl'iam meã.

Ca. xlvij.

Deſcẽde ſede ĩ puluẽ ṽgo filia babilon ſede ĩ terra. Nõ eſt ſoliũ filie chaldeoꝝ qꝛ vltra non vocaberis mollis ⁊ tenera. Tolle molã ⁊ mole farinã. denuda turpitudinẽ tuã. Diſcooperi humeꝝ reuela crura. trãſi flumina. Reuelabit̄ ignominia tua ⁊ videbitur opprobriũ tuũ. Vltionẽ capiã et nõ reſiſtet mihi hõ. Redẽptoꝛ nẽ dñs exercituũ nomẽ illiꝰ ſanctus iſrl̄. Sede tacẽs ⁊ intra ĩ tenebras filia chaldeoꝝ qꝛ nõ vocaberis vltra dña regnoꝝ. Iratus ſũ ſup populũ meũ cõtaminaui hereditatẽ meã. Et dedi eos in manu tua. nõ poſuiſti eis miſericoꝛdias. Super ſenẽ aggrauaſti iugũ tuũ valde et dixiſti ĩ ſempiṫnũ ero dña. Nõ poſuiſti hec ſup coꝛ tuũ neq3 recoꝛdata es nouiſſimi tui. Et nũc audi hec delicata ⁊ habitãs ↄfidẽter que dicis ĩ coꝛde tuo ego ſũ ⁊ nõ eſt p̃ter me ampliꝰ. Nõ ſedebo vidua ⁊ ignorabo ſterilitatẽ. Venient tibi duo hec ſbito in die vna ſterilitas et viduitas. Vniũſa venerũt ſup te ꝑpter multitudinẽ maleficioꝝ tuoꝝ ⁊ ꝑpt̃ duritiã incãtatoꝝ tuoꝝ vehemẽtẽ. Et fiduciã habuiſti in malicia tua ⁊ dixiſti. Non eſt q̃ videat me. Sapiã tua et ſciã tua hec decepit te. Et dixiſti in coꝛde tuo. Ego ſũ et p̃ter me nõ eſt altera. Veniet ſup te malũ et neſcias oꝛtũ eiꝰ et irruet ſup te calamitas quã nõ poteris expiare. Veniet ſup te repẽte miſeria quã neſcies. Sta cũ incãtatoꝛibꝫ tuis ⁊ cũ multitudine maleficioꝝ tuoꝝ in quibꝫ laboraſti ab adoleſcẽcia tua ſi forte q̃d ꝓſit tibi aut ſi poſſis fieri fortioꝛ. Defeciſti in mlˀtitudine ↄſilioꝝ tuoꝝ. Stent ⁊ ſaluẽt te augures celi q̃ ↄtẽplabãtur ſydera et ſupputabãt menſes ut ex eis annũciarẽt ventura tibi. Ecce facti ſũt q̃ſi ſtipula ignis ↄbuſſit eos. Nõ liberabũt aiã ſuã de manu flãme. nõ ſũt prune q̃bꝫ calefiãt nec focus ut ſedeãt ad eũ. Sic facta ſũt tibi ĩ quibuſcũq3 laboraueras. Negociatoꝛes tui ab adoleſcẽcia tua vnuſquiſq3 ĩ via ſua errauerũt. non eſt qui ſaluet te.

Ca. xlviij.

Audite hec domꝰ iacob q̃ vocamini noĩe iſrl̄ et de aquis iuda exiſtis q̃ iuratis in nomĩe dñi ⁊ dei iſrl̄ recoꝛdamini nõ in veritate neq3 ĩ iuſticia. De cĩtate enĩ ſãcta vocati ſunt ⁊ ſup deũ iſrl̄ cõſtabiliti ſũt. Dñs exercituũ nomẽ eiꝰ. Prioꝛa ex tũc annũtiaui ⁊ ex oꝛe meo exierũt ⁊ audita feci ea. repẽte opatus ſum ⁊ venerũt. Sciui enĩ qꝛ durꝰ es tu ⁊ neruꝰ tuus ferreꝰ. ceruix tua et frõs tua erea. Predixi tibi ex tũc anteq̃ꝫ venirent indicaui tibi ne forte diceres ydola mea fecerũt hec ⁊ ſculptilia mea et cõflatilia mea mãdauerũt iſta. Que audiſti vide oĩa. vos aũt nõ annũciaſtis. Audita feci tibi noua ex tũc et cõſeruata q̃ neſcis. Modo creata ſũt ⁊ nõ ex tũc ⁊ añ diẽ et nõ audiſti ea ne forte dicas. ecce ↄgnoui ea. Neq3 audiſti neq3 ↄgnouiſti neq3 ex tũc apta eſt auris tua. Scio enĩ qꝛ p̃uaricãs p̃uaricaberis ⁊ tranſgreſſoꝛe3 ex vtero vocaui te. Propt̄

nomē meū lōge faciā: furorē meū
et laude mea infrenabo te ne inte
reas Ecce excoxi te ſ3 nō q̄ſi argen
tum elegi te in camino pauptatiſ
Propt̄ me ꝓpter me faciā ut non
blaſphemer et gloriā meā alteri
nō dabo. Audi me iacob ⁊ iſrahel
quē ego voco. Ego ipſe ego p̄mꝰ ⁊
ego nouiſſimꝰ. Manus q3 mea fū
dauit terrā ⁊ dextera mea mēſa ē
celos Ego vocabo eos ⁊ ſtabūt ſil
Cōgregamini oēs vos ⁊ audite.
Quis de eis annūtiauit hec. Dn̄s
dilexit eū faciet volūtatē ſuā ī ba
bilōe brachiū ſuū in caldeis. Ego
ego locutꝰ ſū ⁊ vocaui eū: adduxi
eū ⁊ directa eſt via eius. Accedite
ad me et audite hoc. Non a pn̄ci
pio in abſcōdito locutꝰ ſū. Ex tpe
anq̄ fieret ibi erā ⁊ nūc dn̄s deus
miſit me ⁊ ſpūs eius Hec dicit do
minꝰ deus redēptor tuus ſcūs iſrl
Ego dn̄s deꝰ tuus docēs te vtilia:
gubernās te in via q̄ ābulas. Vti
nam attēdiſſes mādata mea. Fa
cta fuiſſet ſic flumen pax tua ⁊ iu
ſtitia tua ſicut gurgites maris. Et
fuiſſ3 q̄ſi harena ſemē tuū ⁊ ſtirpſ
vteri tui ut lapilli eiꝰ. Nō interiſſ3
⁊ nō fuiſſ3 attritū nomē eius a fa
cie mea. Egredimi de babilone fu
gite a chaldeis. In voce exultacōis
annūtiate auditū facite hoc ⁊ fer
te illd vſq3 ad extrema t̄re. Dicite
Redemit dn̄s ſuū ſuū iacob. Nō ſi
tierūt ī deſerto cū educeret eos. Aquā
de petra ꝓduxit eis ⁊ ſcidit petrā
⁊ fluxerūt aque. Nō ē pax impijſ
dicit dominus. Ca. xlix.
Audite inſule ⁊ attēdite pp̄li
delonge. Dn̄s ab vtero voca
uit me de ventre mr̄is mee recorda
tus ē nois mei. Et poſuit os meū
q̄ſi gladiū acutū ī vmbra manꝰ
ſue ꝓtexit me ⁊ poſuit me ſicut ſa
gittā electā In pharetra ſua abſcō
dit me ⁊ dixit mihi. Seruꝰ meus
es tu iſrl q2 in te glificabor Et ego
dixi. In vacuū laboraui ſine cauſa
⁊ vane fortitudinē meā ɔſūpſi. Er
go iudiciū meū cū dn̄o et opꝰ me
um cū deo meo. Hec dicit dn̄s for
mās me ex vtero ſuū ſibi ut redu
cā iacob ad eū ⁊ iſrl ad eū cōgre
gabit. Et glificatus ſū in ocul' dn̄i
⁊ deus meꝰ fcūs eſt fortitudo mea
Et dicit. Parū eſt ut ſis m̄ ſeruus
ad ſuſcitādas tribꝰ iacob ⁊ feces
iſrl ɔūtendas. Ecce dedi te in lucē
gētiū ut ſis ſalus mea vſq3 ad ex
tremū t̄re. Hec dicit dn̄s redēptor
iſrl ſcūs eiꝰ ad ɔtēptibilē aīā ad
abhominatam gentē ad ſuū dn̄orꝝ.
Reges videbūt ⁊ ɔſurgēt pncipeſ
⁊ adorabūt ꝓpt̄ dn̄m q2 fidel' ē et
ſcm̄ iſrl q̄ elegit te Hec dicit dn̄ſ
In tpe placito exaudiui te et in
die ſalutis auxiliatꝰ ſū tui Et ſua
ui te ⁊ dedi te ī fedꝰ pp̄li ut ſuſcita
res t̄rā ⁊ poſſideres hēditates diſ
ſipatas ut dicēs hijs q̄ vīcti ſunt
exite ⁊ hijs q̄ ī tenebris reuelami
Sup vias paſcētur ⁊ ī oibꝰ plaīſ
paſcua eorꝝ. Non eſurient neq3 ſiti
ent ⁊ nō paucient eos eſtus et ſol
q2 miſerātor eorꝝ reget eos ⁊ ad fō
tes aquarꝝ potabit eos. Et ponā
oēs mōtes meos in viā ⁊ ſemite
mee exaltabūt. Ecce iſti delōge veni
ent et ecce illi ab aquilone et ma
ri ⁊ iſti de terra auſtrali. Laudate
celi et exultet terra iubilate mon
tes laudē: q2 cōſolatꝰ ē dn̄s pplm
ſuū ⁊ pauperū ſuorum miſerebit.

Et dixit ſyon. Dereliq̃t me dñs et
dñs oblit⁹ eſt mei. Nunq̃d obliui
ſci poteſt mulier infantem ſuũ ut
nõ miſereatᷓ filio vteri ſui. Et ſi il
la oblita fuerit ego tñ nõ obliuiſ
car tui. Ecce in maĩbꝫ meis deſcri
pſi te muri tui corã ocul̃ meis ſp.
Venerũt ſtructores tui deſtruẽtes
te ⁊ diſſipãtes a te exibũt. Leua i
circuitu oculos tuos ⁊ vide. oĩs
iſti ↄgregati ſũt: venerũt tibi. Vi
uo ego dicit dñs ꝙ oĩbꝫ hĩs ve
lut ornamẽto veſtieris ⁊ circũda
bis tibi eos q̃ſi ſpõſa. Quia deſer
ta tua ⁊ ſolitudĩes tue ⁊ t̃ra ruine
tue nũc anguſte erunt p̃ habita
toribꝫ ⁊ lõge fugabũtur q̃ abſor
bebãt te. Adhuc dicẽt in aurib⁹
tuis filĩ ſterilitatis tue. Anguſt⁹
eſt mihi loc⁹ fac ſpaciũ mihi ut
habitẽ. Et dices i corde tuo. Quis
mihi genuit iſtos. Ego ſteril̃ et
nõ piens trãſmigrata ⁊ captiua
⁊ iſtos q̃s enutriuit. Ego deſtitu
ta ⁊ deſolata ⁊ iſti vbi hic erãt.
Hec dicit dñs de⁹. Ecce leuabo ad
gẽtes manũ meaꝫ ⁊ ad p̃plos ex
altabo ſignũ meũ Et afferẽt filios
tuos in vlnis ⁊ filias tuas ſuper
hũeros portabũt. Et erunt reges
nutricĩ tui ⁊ regine nutrices tue.
Vultu in terra demiſſo adorabũt
te ⁊ puluerẽ pedũ tuoꝝ lingent.
Et ſcies ꝙ ego dñs ſup quo ↄfun
dẽtur q̃ expectãt eũ. Nunq̃d tollet
a forti p̃da aut q̃d captũ fuerit a
robuſto ſaluũ eſſe poterit. Quia
hec dicit dñs. Eq̃deꝫ ⁊ captiuitas
a forti tollet ⁊ q̃d ablatũ fuerit a
robuſto ſaluabit. Eos vero q̃ iu
dicauerũt te ego iudicabo et filios
tuos ego ſaluabo. Et cibabo ho

ſtes tuos carnibus ſuis ⁊ q̃ſi mu
ſto ſanguĩe ſuo inebriabũtur. Et
ſciet oĩs caro ꝙ ego dñs ſaluãs
te ⁊ redẽptor tuus fortis iacob.
Hec dicit dñs. Quis ẽ / Ca. l.
hic liber repudĩ mr̃is vr̃e
quo dimiſi eã. Aut q̃s ẽ creditor
meus cui vẽdidi vos. Ecce in iniq̃
tatibꝫ vr̃is vẽditi eſtis ⁊ in ſceleri
bus vr̃is dimiſi mr̃eꝫ vrãꝫ. ꝙ ve
ni ⁊ nõ eẽt vir. vocaui ⁊ nõ erat
q̃ audiret. Nunq̃d abbreuiata ⁊
paruula facta ẽ manus mea ut
nõ poſſim redimere aut non ẽ in
me v̾tus ad liberãdum. Ecce i in
crepacõne mea deſertũ faciaꝫ ma
re. ponã flumĩa in ſiccũ. Cõputre
ſcẽt piſces ſine aq̃ et morientur i ſi
ti. Induã celos tenebris ⁊ ſaccũ
ponã opimẽtũ eoꝝ. Dñs dedit mi
hi linguã eruditã ut ſciã ſuſtẽta
re euꝫ q̃ laſſus ẽ verbo. Erigit ma
ne. mane erigit mihi aurẽ ut au
diaꝫ quaſi mgr̃m. Dñs deus ape
ruit mihi aurẽ. ego aũt nõ cõtra
dico retrorſũ nõ abĩ. Corp⁹ meũ
dedi pcutiẽtibꝫ ⁊ genas meas vel
lẽtibꝫ. faciẽ meaꝫ nõ auerti ab in
crepãtibꝫ ⁊ ↄſpuẽtibꝫ. Dñs deus
auxiliator me⁹ ideo nõ ſũ ↄfuſus.
Ideo poſui faciẽ meã ut petraꝫ du
riſſimã ⁊ ſcio qm̃ nõ confũdar.
Iuxta ẽ qui iuſtificat me. q̃s cõ
dicit mihi. Stem⁹ ſimul̃. Quis eſt
adũſarius me⁹. Accedat ad me
Ecce dñs deus auxiliator meus.
Quis eſt q̃ ↄdẽnet me. Ecce oĩs
quaſi veſtimẽtũ ↄterentᷓ tinea co
medet eos. Quis ex vobis timẽs
dñm audiẽs vocẽ ſerui ſui. Quis
ambulauit in tenebris et nõ eſt
lumẽ ei. Speret in nomine dñi et

innitat̄ ſup deū ſuū. Ecce vos oēs
accēdentes ignē accīcti flammis.
Ambulate in lumīe ignis vrī et ī
flāmis q̄s ſuccendiſtis. De manu
mea factū eſt hoc vobis. In dolori
bus dormietis. ¶ Ca. li.
Audite me q̄ ſeq̄mini qđ iu
ſtū eſt ⁊ q̄ritis dn̄m. Attēdi
te ad petrā vn̄ excīſi eſtis ⁊ ad ca
uernā lacide q̄ p̄cīſi eſtis. Attēdi
te ad abrahā prēꝫ vr̄m ⁊ ad ſarā
que peꝑit vos. Quia vnū vocaui
eū ⁊ bn̄dixi ei ⁊ mł̄tiplicaui eū. Cō
ſolabit̄ ḡ dn̄s ſyon ⁊ ꝯſolabitur
oēs ruinas eius. Et ponet deſ̄tuꝫ
eius q̄ſi delicias ⁊ ſolitudinē eius
q̄ſi ortū dn̄i. Gaudiū ⁊ leticia iue
niet̄ in ea grāꝝactō ⁊ vox laudis
Attēdite ad me ꝑplus me⁹ et tri
b⁹ mea me audite q̄ꝛ lex a me exi
et ⁊ iuditiū meū in lucē ꝑloꝝ req̄
eſcet. Prope ē iuſt⁹ me⁹: egreſſus
eſt ſaluator me⁹ ⁊ brachia mea
ꝑl'os iudicabūt. Me īſule expecta
būt ⁊ brachiū meū ſuſtiebūt. Le
uate ī celū oculos vr̄os ⁊ videte ſb̄
terra deorſū. Quia celi ſic̄ fum⁹ liq̄ſ
cēt ⁊ t̄ra ſicut veſtimētū atteret̄ ⁊
hītatores ei⁹ ſic̄ hec interibūt. Sa
lus aūt mea ī ſēpit̄nū erit et iuſti
cia mea nō deſitiet. Audite me q̄
ſcitis iuſtū: ꝑplus me⁹ lex mea ī cor
de eoꝝ. Nolite timē opprobriū hoī
nū et blaſphemias eoꝝ ne metu
atis. Sicut eñ veſtimētū ſic ꝯme
det eos v̄mis ⁊ ſic̄ lanā ſic deuora
bit eos tinea. Salus aūt mea ī ſē
pit̄nū erit ⁊ iuſtitia mea ī genera
tiones generacōnū. Cōſurge ꝯſur
ge induē fortitudīeꝫ brachiū dn̄i
Cōſurge ſicut in dieb⁹ antiq̄s in
generacōib⁹ ſeculoꝝ. Nūq̄d nō tu

percuſſiſti ſuꝑbū vulneraſti draco
nē. Nunquid nō tu ſiccaſti mare
aquā abiſſi vehemētis. Qui poſu
iſti ꝓfūdū maris viā ut trāſirent
liberati. Et nūc q̄ redēpti ſūt a dn̄o
reūtent̄ ⁊ venīet in ſyō laudātes
⁊ leticia ſempit̄na ſup capita eoꝝ
Gaudiū ⁊ leticiā tenebūt: fugiet
dolor et gemit⁹. Ego ego ipſe ꝯſo
labor vos. Quis tu ut timēs ab ho
mine mortali ⁊ a filio hoīs q̄ qua
ſi fenū ita areſcit. Et oblit⁹ es do
mini factoris tui q̄ tetēdit celos et
fūdauit t̄rā ⁊ formidaſti iugit̄ tō
die a facie furoris ei⁹ q̄ te tribula
bat ⁊ pauerat ad ꝑdedum. Ubi
nūc ē furor tribulātis. Cito veniet
gradiēs ad apiēdū ⁊ nō interfici
et vſq; ad intermicōeꝫ nec deficiet
panis ei⁹. Ego eñ ſū dn̄s de⁹ tu⁹ q̄
ꝯturbo marē ⁊ intumeſcūt fluct⁹ ei⁹
dn̄s exercituū nomē meū. Poſui
v̄ba mea ī ore tuo ⁊ ī vmbra ma
n⁹ mee ꝓtexi te ut plātes celos ⁊
fūdes t̄rā ⁊ dicas ad ſyō ꝑpl's me
us es tu. Eleuarē eleuarē: ꝯſurge ihe
ruſalē q̄ bibiſti de manū dn̄i calicē
ire eius. Uſq; ad fūdū calicis ſo
poris bibiſti et potaſti vſq; ad fe
ces. Nō eſt q̄ ſuſtētet eā ex oīb⁹ fi
lijs q̄s genuit ⁊ nō eſt q̄ appreh̄e
dat manū ei⁹ ex oīb⁹ filijs quos
enutriuit. Duo ſūt q̄ occurrerūt ti
bi. Quis ꝯtriſtabit̄ ſup te. Vaſti
tas ⁊ ꝯtricō ⁊ fames ⁊ gladi⁹ q̄s
ꝯſolabit̄ te. Filij tui ꝓiecti ſūt dor
mierūt ī capite oīm viaꝝ ſic̄ beſtia
illaq̄ata pleni indignacōe dn̄i in
crepacōe dei tui. Idcirco audi hoc
paupcula ⁊ ebria nō a vino. Hec
dicit dn̄ator tuus dn̄s et deus tu
us q̄ pugnauit pro populo ſuo.

Ecce tuli de manu tua calicez ſopo
ris fūdū calicis īdignacōis mee.
Nō adicias ut bibas illū vltra.
Et ponaz illū in manu eoꝝ qui te
hūiliauerīt ⁊ dixerīt aīe tue incur
uare ut trāſeam⁹ ⁊ poſuiſti ut trā
corpus tuū ⁊ q̄ſi vitā trāſeūtibꝫ.
C(Ca. lij.)
Onſurge cōſurge
induere fortitudīe tua ſyon
Induere veſtimētis glīe tue ihe
ruſalē ciuitas ſācti. ꝙ nō adiciet
vltra ut ptrāſeat p te incircūciſus
⁊ immūdus Excutē de puluē. con
ſurge. ſede ihrl'm. Solue vincula
colli tui captiua filia ſyō. ꝙ hec dic
dn̄s. Gratis venūdati eſtis et ſi
ne argēto redimemī. ꝙ hec dicit
dn̄s de⁹. In egiptū deſcēdit pplus
meus in pn̄cipio ut colon⁹ eſſet
ibi et aſſur abſq̄ʒ vlla cauſa calū
niatus eſt eū. Et nūc q̄d mihi eſt
hec dicit dn̄s. Qm̄ ablat⁹ eſt po
pul⁹ meus gratis. Dn̄atores ei⁹
inīq̄ agūt dicit dn̄s et iugit' tota
die nomē meum blaſphematur.
Propter hoc ſciet popul⁹ me⁹ no
men meū in die illa ꝙ egoipſe qui
loq̄bar ecce aſſum. Qm̄ pulchri
ſup mōtes pedes annūciātis ⁊ p̄
dicātis pacem. annūciātis bonū
p̄dicātis ſalutē dicētis ſyon. Reg
nabit deus tu⁹. Vox ſpeculatorū
tuoꝝ. Leuauerūt vocē ſil' lauda
būt. ꝙ oculo ad oculū videbūt:
cū ꝯuerterit dn̄s ſyō. Gaudete ⁊ lau
date ſimul deſerta ihrl'm ꝙ ꝯſola
tus eſt dn̄s pplm ſuū redemit ihe
ruſalē. Parauit dn̄s brachiū ſā
ctū ſuū in oculis oīm gentiū ⁊ vi
debūt oīns fines terre ſalutare dī
nr̄i Recedite recedite. exite inde pol
lutū nolite tāgere. Exite de medio
eius. mūdamī qui fertis vaſa do
mini. Qm̄ nō in tumultu exibitis
nec in fuga ꝓperabitis. Precedet
eīm vos dn̄s ⁊ ꝯgregabit vos de⁹
iſrl'. Ecce intelliget ſeru⁹ meus ex
altabit' ⁊ eleuabit' ⁊ ſblimis erit
valde. Sicut obſtupuerūt ſup te
multi ſic inglori⁹ erit inter viros
aſpectus ei⁹ ⁊ forma ei⁹ int' filios
hoīm. Iſte aſpget gētes multas
ſup ipſū cōtinebūt reges os ſuū.
Quia quibꝫ nō eſt narratū de eo
videbūt ⁊ qui nō audierūt ꝯtem
plati ſunt. C(Ca. liij.)
Vis credidit auditui nr̄o ⁊
Q brachiū dn̄i cui reuelatū ē.
Et aſcēdit ſicut virgultū coraz eo
et ſicut radix de terra ſiciēti. Non
eſt ſpēs ei neq̄ʒ decor. Et vidimus
eū ⁊ nō erat aſpectus ⁊ deſiderauī
mus eū deſpectū et nouiſſimū vi
roꝝ virꝝ doloꝝ ⁊ ſcientez infirmi
tatē. Et q̄ſi abſcōdit⁹ vultus eius
⁊ deſpectus vn̄ nec reputauimus
eū. Vere lāguores nr̄os ipſe tulit ⁊
dolores nr̄os ipſe portauit. Et nos
putauim⁹ eū quaſi leproſū ⁊ per
cuſſum a dō ⁊ hūiliatū. Ipſe autez
vulnerat⁹ eſt ꝓpt' iniq̄tates nr̄āſ.
attritus ē ꝓpter ſcelera nr̄a. Diſci
plina pacis nr̄e ſuper eū ⁊ liuore
ei⁹ ſanati ſum⁹. Oīns nos quaſi
oues errauim⁹ vnuſquiſq̄ʒ ī viā
ſuā declinauit et dn̄s poſuit in eo
iniq̄tatez oīm nr̄m. Oblat⁹ eſt ꝙ
ipſe voluit ⁊ nō apuit os ſuū. Sic
ouis ad occiſionē ducet' ⁊ quaſi
agn⁹ corā tondēte obmuteſcet et
nō operiet os ſuū De anguſtia ⁊
de iudicio ſblatus eſt. Gn̄ationē
ei⁹ q̄s enarrabit. Quia abſciſus
eſt de terra viuētiū. Propt' ſcelus

ꝑ̄ li mei percuſſi eũ. Et dabit impi
os ꝓ ſepultura ⁊ diuitez ꝓ morte
ſua eo ꝙ iniq̃tatẽ non fecerit neqꝫ
dolus fuerit in ore eius et dñs vo
luit cõterẽ eũ in infirmitate. Si po
ſuerit ꝓ peccato aĩam ſuã videbit
ſemẽ longeuũ ⁊ volũtas dñi ĩ ma
nu eius dirigetˀ. Pro eo ꝙ labora
uit aĩa eius videbit et ſaturabitˀ.
In ſcientia ſua iuſtificauit ipſe iu
ſtus ſuos meos multos ⁊ iniq̃ta
tes eorum ipſe portauit. Ideo diſp
tiam ei plurimos ⁊ fortiũ diuidet
ſpolia ꝓ eo ꝙ tradidit in mortẽ aĩ
mã ſuã ⁊ cũ ſceleratis reputatꝰ ẽ.
Et ipſe pctã multoꝝ tulit ⁊ ꝓ trãſ
greſſoribꝰ rogauit. Ca. liiij.

Lauda ſterelˀ q̃ nõ paris de
cãta laudẽ et hĩnni q̃ nõ pa
riebas qm̃ multi filij deſerte magiſ
q̃ eius q̃ habz virũ dicit dñs. Di
lata locũ tẽtorij tui ⁊ pelles tabna
culoꝝ tuoꝝ extẽde ne parcas. Lõ
gos fac funiculos tuos ⁊ clauos
tuos cõſolida. Ad dexteraz enĩ et
ad leuã penetrabˀ ⁊ ſemẽ tuũ gen
tes hereditabit ⁊ ciuitates deſertaſ
inhĩtabit. Noli timẽ ꝙ nõ cõfũde
ris neqꝫ erubeſces. Nõ enĩ te pude
bit ꝙ cõfuſiõis adoleſcẽtie tue ob
liuiſceris et opprobrij viduitatis
tue nõ recordaberis ãplius. Quia
dñabitˀ tui q̃ fecit te dñs exercitu
um nomẽ eiꝰ et redẽptor tuꝰ ſcũs
iſrlˀ deus oĩs terre vocabitˀ. Quia
ut mulierẽ dẽlictã ⁊ merentẽ ſpũ
vocauit te dñs ⁊ vxo. ẽ ab adoleſ
cẽtia abiectã. Dixit deꝰ tuꝰ. Ad pũ
ctũ in modico dereliq̃ te ⁊ ĩ miſera
cõibꝰ magnis congregabo te. In
momẽto indignacõĩs abſcõdi fa
ciẽ meã parũp a te ⁊ ĩ miſericordia

ſẽpiťna miſ̄tus ſũ tui. Dixit redẽp
tor tuꝰ dñs. Sicut ĩ diebꝰ noe iſtd
mihi eſt cui iuraui ne inducerem
aq̃s vltra ſupra terraz ſic iuraui
ut nõ iraſcar tibi ⁊ nõ increpẽ te.
Mõtes enĩ cõmouebũtˀ ⁊ colles cõ
tremiſcẽt. mĩa aũt mea nõ recedet
a te ⁊ fedus pacis mee nõ moue
bitˀ dixit miſeãtor tuꝰ dñs. Paup
cula tẽpeſtate cõuulſa abſqꝫ vlla
cõſolacõe ecce ego ſternã p ordiez
lapides tuos ⁊ fũdabo te in ſaphi
ris. Et ponaz iaſpidẽ ꝓpugnacula
tua ⁊ portas tuas in lapides ſcul
ptos ⁊ oẽs ẽminos tuos ĩ lapides
deſideãbiles vniũſos filios tuos do
ctos a dño ⁊ mľtitudinẽ pacis fi
lijs tuis ⁊ ĩ iuſticia fũdaberis. Recede
a calũnia ꝙ nõ tiebꝭ ⁊ a pa
uoẽ ꝙ nõ appropiq̃bit tibi. Ecce
accola veiet q̃ nõ erat mecũ adue
na quõdã tuꝰ adiũgetˀ tibi. Ecce
ego creaui fabrum ſufflãtẽ ĩ igne
prunas et ꝓferẽtẽ vas ĩ opꝰ ſuũ
⁊ ego creaui iſ̄fectorẽ ad diſpdẽdũ
Oẽ vas qđ fictũ ẽ cõtra te nõ diri
getˀ ⁊ oẽz liguã reſiſtẽtẽ tibi ĩ iudi
tio iudicabˀ. Hec ẽ hẽditas ſuoꝝ
dñi ⁊ iuſtitia eoꝝ apud me dicit
dñs. Ca. lv.

Oẽs ſitiẽtes veĩte ad aq̃s et q̃
nõ hẽtis argẽtũ ꝓpeãte. Emite et
cõmedite veĩte emite abſqꝫ argẽto
⁊ abſqꝫ vlla cõmutacõe vinũ ⁊ lac.
Quaẽ appẽditis argẽtũ non ĩ pa
nibꝰ ⁊ laborez vr̃m nõ in ſaturita
te. Audite audiẽtes me ⁊ cõmedi
te bonũ ⁊ delectabitˀ in craſſitudĩe
aĩa vr̃a. Inclinate aurẽ veſtrã et
venite ad me audite et viuet aĩa
veſtra ⁊ feriã vobiſcũ pactũ ſẽpiť
num miſericordias dauid fideles.

Ecce teſtē popul' dedi eū ducē ac p̄
ceptorē gētib;·Ecce gentē quā ne
ſciebas vocabis ⁊ gētes q̄ nō ↄg̃
uerūt te ad te currēt ꝓp̄t dñm deū
tuū ⁊ ſanctū iſrl'·qꝛ glificauit te·
Querite dñm du; inueniri pōt·in
uocate eū dū ꝓpe ē·Derelinq̄t im
pius viā ſuā ⁊ vir iniqu⁹ cogita
cōnes ſuas ⁊ reuertat̄ ad dñm et
miſerebit̄ eius ⁊ ad deū nr̄m·qm̄
mult⁹ ē ad ig̃ſcēdū·Nō eī cogita
cōnes mee cogitacōnes vr̄e·neq;
vie vr̄e vie mee dicit dñs·Quia
ſicut exaltant̄ celi a terra ſic exal
tate ſūt vie mee a vijs vr̄is et co
gitacōes mee a cogitacōib; vr̄is
Et q̄uō deſcēdit ymber et nix de ce
celo ⁊ illuc vltra nō reuertit̄·ſ; in
ebriat terrā ⁊ īfūdit ⁊ germiare
eā facit ⁊ dat ſemē ſerēti ⁊ panē
comedēti·ſic eīt verbū meū quod
egredie̅t de ore meo·Nō reuertet̄
ad me vacuū·ſ; fatiet quecūq; vo
lui ⁊ ꝓſpabit̄ in hijs ad que miſi
illud·Quia in leticia egrediemī ⁊
in pace deducemī·Mōtes ⁊ colles
cantabūt corā vobis laudē ⁊ oīa
ligna regiōis plaudēt manū·Pro
ſaliunca aſcēdit abies ⁊ ꝓ vrtica
creſcet mirt⁹·Et erit dñs noiatus
in ſignū eternū qđ nō auferet̄·

Hec dicit dñs·Cu Ca·lvi·
ſtodite iudiciū ⁊ facite iuſti
tiā·qꝛ iuxta eſt ſalus mea ut veni
at ⁊ iuſtitia mea ut reuelet̄·Btūs
vir q̄ facit hoc ⁊ filius hoīs q̄ ap
prehēdet iſtud·cuſtodiēs ſabba
tum ne polluat illud·cuſtodiens
man⁹ ſuas ne fatiat oīe malū·
Et non dicat fili⁹ aduene q̄ adhe
ret dño dicēs·ſepacōne diuidet
me dñs a ꝑplo ſuo·Et non dicat
eunuchus·ecce ego lignū aridū·
Quia hec dicit dñs eunuchis qui
cuſtodierīt ſabbata mea ⁊ elege
rint q̄ volui ⁊ tenuerint fed⁹ meū
dabo eis in domo mea ⁊ in muris
meis locū ⁊ nomē meli⁹ a filijs ⁊
filiab;·Nomē ſempitnū dabo eis
qđ non pibit·Et filios aduene q̄
adherēt dño ut colāt eū ⁊ diligāt
nomē eius ut ſint ei ī ſeruos·oēz
cuſtodientē ſabbatū ne polluat
illud ⁊ tenentē fedus meū addu
cā eos in montē ſāctū meū ⁊ letifi
cabo eos in domo oīois mee·Ho
locauſta eoꝝ et victīe eoꝝ place
būt mihi ſup altari meo·qꝛ dom⁹
mea dom⁹ oīonis vocabit̄ cūctis
populis·Ait dñs deus qui cōgre
gat diſpſos iſrl'·Adhuc ↄgrega
bo ad eū ↄgregatos eius·Oēs be
ſtie agri venite ad deuorādū vni
uerſe beſtie ſaltus·Speculatores
ei⁹ ceci oēs neſcierūt vniuerſi·ca
nes muti nō valētes latrare·vidē
tes vana·dormiētes ⁊ amātes ſō
nia ⁊ canes impudētiſſimi neſcie
rūt ſaturitatez·Ipſi paſtores ig̃ra
uerūt intelligentiā·oīs in viam
ſuaz declinauerūt·vnuſquiſq; ad
auariciā ſuam a ſūmo vſq; ad no
uiſſimū·Venite ſumam⁹ vinū et
impleamur ebrietate ⁊ erit ſic ho
die ſic et cras ⁊ multo amplius·

Iuſtus perit ⁊ nemo Ca·lvij·
eſt qui recogitet in corde ſuo ⁊ vi
ri mie colliguntur·qꝛ nō eſt q̄ intel
ligat·A facie eni̅ malitie collectus
eſt iuſt⁹·Veniat pax·requieſcat in
cubili ſuo qui ambulauit in dire
ctōne ſua·Vos aūt accedite huc
filij auguriatricis·ſemē adultē ⁊
fornicarie·Sup quē luſiſtis·ſuper

quē dilataſtis os et eieciſtis lin
guā. Nunq̄d nō vos filij ſceleſtis
ſemē mēdax q̄ ꝯſolamini in dijs
ſubter omē lignū frōdoſū ymolā
tes paruulos ī torrētib⁹ ſubter emi
nētes petras. In ptibus torrētis
pars tua hec ē ſors tua. Et ipſis ef
fudiſti libamē obtuliſti ſacrificiū
Nunq̄d ſup hijs nō indignabor.
Sup mōtē excelſū et ſublimē poſui
ſti cubile tuū ⁊ illuc aſcendiſti ut
ymolares hoſtias. Et poſt hoſtiū
⁊ ētro poſtē poſuiſti meōriale tuū
qꝛ iuxta me diſco operuiſti ⁊ ſuſce
piſti adulterū. Dilataſti cubile tuū
et pepigiſti cū eis fedus. Dilexiſti
ſtratū eoꝝ māu apta ⁊ ornaſti te
regio vnguēto ⁊ mltiplicaſti pig
mēta tua. Miſiſti legatos tuos ꝓ
cul ⁊ huiliata es vſqꝫ ad inferos
In mltitudie vie tue laboraſti nō
dixiſti q̄eſcā. Vitā man⁹ tue inueni
ſti ꝓpterea nō rogaſti Pro q̄ ſolli
cita timuiſti qꝛ mētita es ⁊ mei nō
es recordata: neqꝫ cogitaſti ī corde
tuo qꝛ ego tacēs ⁊ q̄ſi nō vidēs ⁊
mei oblita es. Ego annuntiabo iu
ſticiā tuā et opa tua nō ꝓderūt ti
bi. Cū clamaueris liberēt te cōgre
gati tui. Et oēs eos auferet vētus
tollet aura Qui aūt fiduciā habꝫ
mei hēditabit terrā et poſſidebit
mōtē ſcm̄ meū ⁊ dicā. Viā facite
p̄bete iter declinate de ſemita aufer
te offendicula de via populi mei.
Quia hec dicit excelſus ⁊ ſublimis
habitās eternitatē ⁊ ſc̄m̄ eſt no
mē ei⁹ ī excelſo ⁊ ī ſcō habitās et
cū ꝯtrito et huili ſpū ut viuificet
ſpiritū huiliū ⁊ viuificet cor ꝯtri
toꝝ. Nō em̄ in ſempitnū litigabo ne
qꝫ vſqꝫ ad finez iraſcar: qꝛ ſpūs a

facie mea egredietꝛ et faciā ego fla
tus Propt̄ iniq̄tatē auaricie ei⁹ ira
tus ſū ⁊ pcuſſi eū. Abſcōdi ⁊ idig
nat⁹ ſū. Et abijt merēs in via cor
dis ſui. Vias ei⁹ vidi ⁊ ſanaui eū
et reduxi eū ⁊ reddidi cōſolacōes
ipſi ⁊ lugētib⁹ ei⁹ Creaui fructū la
bioꝝ pacē: pacē ei q̄ lōge ē ⁊ q̄ ꝓ
pe dixit dn̄s ⁊ ſanaui eū Impij au
tē q̄ſi mare feruēs qd̄ q̄eſcē nō po
teſt ⁊ redūdāt fluct⁹ ei⁹ ī ꝯculcaci
onē ⁊ lutū. Nō ē pax impijs dicit
dn̄s meus. Ca. lviij.

Clama ne ceſſes q̄ſi tuba ex
alta vocē tuā: et ānūcia ꝑplo meo
ſcelerā eoꝝ et domui iacob pctā eo
rū. Me etem̄ de die ī diē q̄runt ⁊ ſcīe
vias meas volūt q̄ſi gēs q̄ iuſtici
am fecerit ⁊ q̄ iudiciū dei ſui nō dereli
querit. Rogāt me iudicia iuſticie
appropiq̄re deo volūt. Quare ieiu
nauim⁹ ⁊ nō aſpexiſti. humiliaui
m⁹ aīas nrās ⁊ neſciſti. Ecce ī die
ieiunij vrī inuenit volūtas vrā ⁊
oēs debitores vrōs repetitis. Ecce
ad lites ⁊ ꝯtēcōes ieiunatis ⁊ pcu
titis pugno impie. Nolite ieiunare
ſic vſqꝫ ad hāc diē ut audiat̄ ī ex
celſo clamor vr̄. Nūq̄d tale ē ieiuniū
qd̄ elegi p diem affligē hoīez aīaz
ſuā. Nūq̄d ꝯtorq̄re q̄ſi circulū ca
put ſuū ⁊ ſaccū ⁊ cinerez ſternē.
Nūq̄d iſtud vocaui ieiuniū ⁊ diē
acceptabilē dn̄o. Nōne hoc ē ma
gis ieiunium qd̄ elegi. Diſſolue
colligacōes impietatis: ſolue faſ
ciculos deprimentes. Dimitte eos
qui cōfracti ſunt liberos et omne
onus dirūpe. Frange eſurienti pa
nē tuū ⁊ egenos vagoſqꝫ induc
in domū tuā. Cū videris nudum
operi eū ⁊ carnē tuā ne deſpexeris.

Tũc erũpet q̃ſi mane lumẽ tuũ ⁊
ſanitas tua citiꝰ orietᷓ. Et anteibit
faciẽ tuã iuſtitia tua ⁊ gloria dñi
colliget te. Tũc inuocabis ⁊ dñs
exaudiet. clamabis ⁊ dicet ecce aſ
ſũ. Si abſtuleris de medio tui ca
thenã ⁊ deſieis extẽdẽ digitũ ⁊ lo
qui qḋ nõ ꝓdeſt. Cũ effuderis eſu
rienti aĩaꝫ tuã et aĩaꝫ afflictã reple
ueris. orietᷓ in tenebris lux tua et
tenebre tue erũt ſicut meridies.
Et requiẽ tibi dabit dñs deꝰ tuus
ſemp ⁊ implebit ſplẽdoribꝰ aĩam
tuã ⁊ oſſa tua liberabit. Et eris q̃ſi
ortus irriguꝰ ⁊ ſicut fons aq̃ꝝ cu
ius nõ deficiẽt aque. Et edificabũ
tur in te deſerta ſeculoꝝ. fũdamẽta
gñatiõis ⁊ gñatiõis ſuſcitabis. Et
vocaberis edificator ſepiũ. auertẽs
ſemitas in quietẽ. Si auerteris a
ſabbato pedẽ tuũ facẽ voluntatem
tuã in die ſc̃o meo ⁊ vocaueris
ſabbatũ delicatũ et ſc̃m dñi glo
rioſũ ⁊ glorificaueris eũ dũ non
facis vias tuas ⁊ nõ inuenitᷓ vo
luntas tua ut loq̃ris ſermonẽ. tũc
delectaberis ſup dño ⁊ ſuſtollã te
ſup altitudĩes terre ⁊ cibabo te he
reditate iacob pr̃is tui. Os enĩ do
mini locutũ eſt. ¶ Ca. lix.

Ecce non eſt abbreuiata ma
nꝰ dñi ut ſaluare neq̃at ne
q̧ agguata eſt auris eiꝰ ut nõ ex
audiat. ſꝫ iniq̃tates vr̃e diuiſerũt
inť vos ⁊ deũ vr̃m et pc̃a vr̃a ab
ſcõderũt faciẽ eiꝰ a vobis ne exaudi
ret. Manꝰ eĩ vr̃e pollute ſũt ſãgui
ne ⁊ digiti vr̃i iniq̃tate. Labia vr̃a
locuta ſũt mẽdaciũ ⁊ lingua vr̃a
iniq̃tatẽ fatur. Nõ eſt q̃ inuocet iu
ſtitiã neq̧ eſt q̃ iudicet vere. ſꝫ cõ
fidũt in nihili ⁊ loquũtur vanita
tes. Cõceperũt laborẽ ⁊ pepererũt
iniq̃tatẽ. Oua aſpidũ ruperũt ⁊ te
las aranee texerũt. Qui comederit
de ouis eoꝝ morietᷓ ⁊ qḋ cõfotũ ẽ
erũpet i regulũ. Tele eoꝝ nõ erũt
in veſtimẽtũ neq̧ operietᷓ opibꝰ
ſuis. Opa eoꝝ opa inutilia ⁊ opꝰ
iniquitatis in manibꝰ eoꝝ. Pedes
eoꝝ in malũ currũt et feſtinãt ut
effundãt ſanguinẽ innocẽtẽ. Co
gitatiões eorũ cogitatiões inutiles
vaſtitas ⁊ contritio in viĳs eoꝝ.
viaꝫ pacis neſcierunt et non eſt
iudiciũ in greſſibus eoꝝ. Semite
eoꝝ incuruate ſũt eis. oĩs qui cal
cat in eis ignorat pacẽ. Propter
hoc elongatũ eſt iudiciũ a vobis
⁊ nõ apprehẽdet vos iuſtitia. Expe
ctauimꝰ lucẽ ⁊ ecce tenebre ſplen
dorẽ ⁊ in tenebris ambulauimꝰ.
Palpauimꝰ ſicut ceci parietẽ et q̃ſi
abſq̧ oculis attrectauimꝰ. Impe
gimꝰ meridie q̃ſi in tenebris. i ca
ligoſis q̃ſi mortui. Rugiemus q̃ſi
vrſi oẽs ⁊ q̃ſi columbe meditantes
gememꝰ. Expectauimꝰ iudiciũ et
nõ eſt: ſalutẽ ⁊ elongata ẽ a nob
Multiplicate eĩ ſũt iniq̃tates nr̃e
corã te et pc̃a nr̃a rñderũt nob.
Quia ſcelera nr̃a nobiſcũ ⁊ iniqui
tates nr̃as cogñuimꝰ. peccare ⁊ mẽ
tiri cõtra dñm ⁊ auerſi ſumꝰ ne ire
mꝰ poſt tergũ dei nr̃i ut loq̃remur
calũniaꝫ ⁊ trãſgreſſionẽ. Cõcepi
mus ⁊ locuti ſumꝰ de corde verba
mendacij ⁊ cõuerſũ eſt retrorſũ iu
diciũ ⁊ iuſtitia longe ſtetit. Quia
corruit in platea veritas ⁊ eq̃tas
nõ potuit ingredi. Et facta eſt veri
tas i obliuiõe et qui receſſit a ma
lo p̄de patuit. Et vidit dñs ⁊ ma
lũ apparuit i ocul' eius. q2 nõ eſt

inditiũ· Et vidit deus quia nõ eſt
vir ⁊ aporiatus eſt q̄ nõ eſt q̄ oc
currat· Et ſaluabit ſibi brachiũ
ſuũ ⁊ iuſticia ei⁹ ipſa cõfirmabit
eũ· Indutus eſt iuſtitia ut lorica
⁊ galea ſalutis in capite eius· In
dutus eſt veſtimẽtis vlcõis ⁊ op
tus eſt quaſi pallio zeli ſicut ad
vindictã quaſi ad retribucõez in
dignacõis hoſtib⁹ ſuis ⁊ viciſſitu
dinẽ inimicis ſuis· Inſul' vicẽ red
det· Et timebũt q̄ ab occidente no
men dñi et q̄ ab ortu ſolis gloriã
eius· Cũ venerit quaſi fluui⁹ vio
lentus quẽ ſpũs dñi cogit ⁊ vene
rit ſyon redẽptor et eis qui redeũt
ab iniq̄tate i iacob dicit domin⁹·
Hoc fedus meũ cũ eis dicit dñs·
Spiritus meus q̄ eſt i te ⁊ verba
mea q̄ poſui in ore tuo non recedẽt
de ore tuo et de ore ſeminis tui di
cit dñs: amodo ⁊ vſq̄ i ſẽpitnũ·
Surge illuminare Ca· lx·
iheruſalẽ· q̄ venit lumẽ tuũ
et gloria dñi ſup te orta eſt· Quia
ecce tenebre operient terram ⁊ cali
go populos· ſup te autẽ orietᷣ do
min⁹ ⁊ gloria eius in te videbitᷣ·
Et ambulabũt gentes in lumine
tuo ⁊ reges in ſplẽdore ortus tui·
Leua in circuitu oculos tuos et
vide· omẽs iſti ꝯgregati ſũt: vene
rũt tibi· Filij tui de longe venient
⁊ filie tue de latere ſurgẽt· Tũc vi
debis ⁊ afflues et mirabitᷣ et dila
tabitᷣ cor tuũ qñ ꝯuerſa fuerit ad
te multitudo maris: fortitudo gẽ
tiũ venerit tibi· Inundatio came
loꝝ operiet te· dromedarij madiã
⁊ effa. Oẽs de ſaba venient auꝝ ⁊
thus deferẽtes ⁊ laudẽ dño annũ
ciãtes· Omẽ pecus cedar cõgrega
bitᷣ tibi· arietes nabaioth mini
ſtrabũt tibi· Offerentᷣ ſup placa
bili altari meo ⁊ domũ maieſtatis
mee glorificabo. Qui ſũt iſti qui ut
nubes volãt et q̄ſi colũbe ad fene
ſtras ſuas. Me eñ inſule expecta
bũt ⁊ naues maris in principio
ut adducã filios tuos de lõge· Ar
gentũ eoꝝ ⁊ aurũ eoꝝ cũ eis noĩ
dñi dei tui et ſãcto iſrl' q̄ glorifica
uit te· Et edificabũt filij pegrino
rũ muros tuos ⁊ reges eoꝝ mini
ſtrabũt tibi· In indignacõe eñ
mea pcuſſi te et in recõciliatione
mea miſ̄tus ſũ tui· Et apientᷣ por
te tue iugitᷣ die ac nocte non clau
dentᷣ ut afferãtᷣ ad te fortitudo gẽti
um ⁊ reges eaꝝ adducantᷣ· Gẽs
eñ ⁊ regnũ qđ nõ ſeruieit tibi pi
bit ⁊ gẽtes ſolitudine vaſtabũt·
Gloria libani ad te veiet abies et
bux⁹ et pinus ſil' ad ornãdũ locũ
ſcĩficacõis mee ⁊ locũ pedũ meoꝝ
glificabo Et veient ad te curui filij
eoꝝ q̄ huiliauerũt te ⁊ adorãbũt ve
ſtigia pedũ tuoꝝ oẽs q̄ detrahebãt
tibi ⁊ vocabũt te ciuitatẽ dñi ſyõ
ſcĩ iſrl'· Pro eo q̄ fuiſti derelicta ⁊
odio hñta ⁊ nõ eẽt q̄ p te tñſiret·
ponã te i ſupbiã ſeculoꝝ gaudiũ
in gñacõem ⁊ gñacõem· Et ſuges
lac gẽtiũ ⁊ mãilla regũ lactaberis
Et ſcies q̄ ego dñs ſaluãs te ⁊ re
dẽptor tuus fortis iacob· Pro ere
afferã aurũ ⁊ p ferro afferã argẽ
tũ ⁊ p lignis es ⁊ p lapidib⁹ fer
rũ· Et ponã viſitacõez tuã pacẽ et
p̄poſitos tuos iuſtitiã· Nõ audietᷣ
vltra iniq̄tas i terra tua· vaſtitas
⁊ cõtricõ in finibus tuis ⁊ occupa
bit ſalus muros tuos ⁊ portas tu
as laudatio Nõ erit tibi amplius

ſol ad lucēdū ꝑ diē· nec ſplēdor lu
ne illūīabit· ſʒ erit tibi dn̄s in lu
cē ſempitn̄aʒ et deus tu⁹ in glīaʒ
tuā· Non occidet vltra ſol tuus ⁊
luna tua nō minuet̄· q2 dn̄s erit ti
bi in lucē ſempitn̄aʒ ⁊ ꝯplebūtur
dies luctus tui· Popul⁹ aūt tuus
oēs iuſti in ꝑpetuū hereditabūt
terrā· germē plātacōis mee op⁹
manus mee ad glorificādū· Mini
m⁹ erit in mille ⁊ puul⁹ in gentē
fortiſſimā· Ego dn̄s in tp̄e ei⁹ ſbi
to faciā iſtud. Ca· lxi·
Spūs dn̄i ſup me eo q2 vnxe
rit me· Ad annūtiandū mā
ſuetis miſit me ut mederer ꝯtritis
corde ⁊ p̄dicarē captiuis indulgē
tiā ⁊ clauſis apꝫtionē ut p̄dicarē
annū placabilē dn̄o ⁊ diē vltōis
deo nr̄o ut ꝯſolarer oēs lugētes
ut ponerē fortitudinē lugētib⁹ ſy
on ⁊ darē eis coronā ꝓ cinē· oleū
gaudij ꝓ luctu · palliū laudis ꝓ
ſpū meroris· Et vocabūt̄ in ea for
tes iuſtitie· plātatio dn̄i ad glori
ficādū· Et edificabūt deſerta a ſe
culo ⁊ ruinas antiq̄s erigēt et in
ſtaurabūt ciuitates deſtas et diſ
ſipatas in gn̄atione ⁊ gn̄atione·
Et ſtabūt alieni ⁊ paſcent pecora
vr̄a ⁊ filij ꝑegrinoꝝ agricole ⁊ vi
nitores vr̄i erūt· Vos autē ſacer
dotes dn̄i vocabimi· miſtri dei nr̄i
dicet̄ vobis· Fortitudinē gētiū co
medetis ⁊ in gloria eoꝝ ſupbietis
Pro ꝯfuſione vr̄a duplici ⁊ rubo
re laudabūt ꝑtem eoꝝ· Propter
hoc in terra ſua duplicia poſſide
būt· leticia ſēpitn̄a erit eis· Quia
ego dn̄s diligens iudiciū ⁊ odio
hn̄s rapinā in holocauſtū· Et da
bo opus eoꝝ in veritate et fed⁹ ꝑ

ꝑetuū feriaʒ eis· Et ſciet̄ in gētib⁹
ſemē eoꝝ ⁊ germē eoꝝ in medio
populoꝝ· Omēs qui viderint eos
ꝯgnoſcēt illos· q2 iſti ſunt ſemen
cui bn̄dixit dn̄s· Gaudēs gaude
bo in dn̄o et exultabit aīa mea in
deo meo· Quia induit me veſtimē
tis ſalutis ⁊ indumēto iuſtitie cir
cūdedit me· q̄ſi ſpōſuʒ decoratū co
rona et q̄ſi ſponſā ornatā monili
b⁹ ſuis· Sicut enī terra ꝓfert ger
mē ſuū ⁊ ſicut ortus ſemē ſuū ger
minat· ſic dn̄s de⁹ germiabit iu
ſtitiā ⁊ laudē corā vniūſis gētibꝫ·
Propt̄ ſyon nō ta Ca· lxij·
cebo ⁊ ꝓpt̄ ihr̄l'm nō quieſcā
donec egrediat̄ ut ſplēdor iuſtus
eius et ſaluator eius ut lāpas ac
cēdat̄ Et videbūt gētes iuſtū tuū
⁊ cūcti reges inclitū tuū Et vocabi
tur tibi nomē nouū quod os dn̄i
noīauit· Et eris corona glīe ī ma
nu dn̄i ⁊ dyadema regni in manu
dei tui· Non vocaberis vltra dereli
cta ⁊ terra tua nō vocabit̄ ampli⁹
deſolata· Sed vocaberis volūtas
mea ī ea ⁊ terra tua inhabitabit̄
Quia ꝯplacuit dn̄o in te et terra
tua inhabitabit̄ · Habitabit enī
iuuenis cū virgine ⁊ habitabūt
in te filij tui· Et gaudebit ſponſus
ſup ſponſā ⁊ gaudebit ſup te deus
tu⁹· Sup muros tuos iheruſaleʒ
ꝯſtitui cuſtodes· tota die ⁊ tota
nocte in ꝑpetuū non tacebunt·
Qui reminiſcimi dn̄i ne taceatis ⁊
ne detis ſilētiū ei donec ſtabiliat
⁊ donec ponat ihr̄l'm laudē in t̄ra
Iurauit dn̄s ī dextera ſua ⁊ ī bra
chio fortitudis ſue · Si dedero tri
ticū tuū vltra cibū inimicis tuis·
et ſi biberint filij alieni vinū tuū

in q̃ tu laboraſti. Quia qui ↄgrega
bũt illud ↄmedẽt ⁊ laudabũt do
minũ et q̃ ↄportãt illud bibent in
atrijs ſcĩs meis. Trãſite tñſite ꝑ
portas ꝑparate viã ꝓplo. Planũ
facite iter et eligite lapides et ele
uate ſignũ ad ꝓplos. Ecce dñs au
ditũ fecit in extremis terre. Dicite
filie ſyõ ecce ſaluator tuꝰ venit ec
ce merces eius cũ eo ⁊ opus eius
corã illo Et vocabũt eos ꝓplus ſã
ctus redẽpti a dño. Tu autẽ voca
beris q̃ſita ciuitas et nõ derelicta.
Quis eſt iſte q̃ ve ⸿ Ca. lxiij.
nit de edom tinctis veſtibus
de boſra. Iſte formoſꝰ ĩ ſtola ſua
gradiẽs ĩ multitudĩe fortitudinis
ſue. Ego q̃ loquor iuſtitiã ⁊ ꝓpug
tor ſũ ad ſaluãdũ. Quare ẽ rubꝝ
eſt idumẽtũ tuũ ⁊ veſtimẽta tua
ſicut calcãtiũ in torculari. Torcu
lar calcaui ſolus ⁊ de gẽtibꝰ non
eſt vir mecũ. Calcaui eos in furo
re meo ⁊ calcaui eos ĩ ira mea. Et
aſpſus ẽ ſãguis eoꝝ ſup veſtimẽ
ta mea et oĩa indumẽta mea inq̃
naui. Dies enĩ vlcõĩs ĩ corde meo
annꝰ retributiõis mee venit. Cir
cũſpexi ⁊ nõ erat auxiliator. q̃ſiui
⁊ nõ fuit q̃ adiuuaẽt. Et ſaluauit
mihi brachiũ meũ ⁊ indignatio
mea ipa auxiliata ẽ m̃. Et cõculca
ui ꝓplos ĩ furore meo ⁊ inebriaui
eos indignacõe mea et detraxi in
terrã v̉tutẽ eoꝝ. Miseracõnũ dñi
recordabor laudẽ dñi ſup oĩbus q̃
reddidit nobꝫ dñs ⁊ ſup multitu
dinẽ bonoꝝ domus iſrł q̃ largitꝰ
eſt eis ſcđm idulgẽtiã ſuã ⁊ ſcđm
multitudĩez miſericordiarũ ſuaꝝ
Et dixit. Verũtamẽ populꝰ meꝰ ẽ
filij nõ negãtes Et factus ẽ eis ſal
uator ĩ omni tribulacõe eorũ nõ
eſt tribulatꝰ ⁊ angelus faciei eiꝰ
ſaluauit eos. In dilectõe ſua ⁊ in
indulgẽtia ſua ipe redemit eos et
portauit eos ⁊ eleuauit eos cũctis
diebꝰ ſeculi. Ipſi aũt ad iracũdiã
ꝓuocauerũt ⁊ afflixerũt ſpiritũ ſã
cti eiꝰ. Et ↄũſus ẽ eis in inimicũ et
ipſe debellauit eos. Et recordatꝰ ẽ
dierũ ſeculi moyſi et ꝓpli ſui. Vbi
eſt q̃ eduxit eos de mari cũ paſto
ribꝰ gregis ſui. Vbi ẽ q̃ poſuit in
medio eiꝰ ſpũm ſãcti ſui. Qui edu
xit ad dexterã moyſẽ brachio ma
ieſtatis ſue q̃ ſcidit aq̃s ante eos
ut facẽt ſibi nomẽ ſẽpiternũ. Qui
eduxit eos ꝑ abiſſos q̃ſi equũ in
deſerto nõ impingẽtẽ q̃ſi aĩal in cã
pũ deſcẽdẽs. Spũs dñi ductor eius
fuit. Sic adduxiſti populũ tuũ ut
facẽs tibi nomen glorie. Attẽde de
celo et vide de habitaculo ſcõ tuo
⁊ glorie tue. Vbi eſt zelus tuus ⁊
fortitudo tua. Multitudo viſceruꝫ
tuoꝝ ⁊ miſeracõnũ tuarũ ſup me
cõtinuerũt ſe. Tu enĩ pr̃ noſter ⁊
abrahã neſciuit nos ⁊ iſrł igno
rauit nos. Tu dñe pater nr̃ redẽ
ptor nr̃ a ſeculo nomẽ tuũ. Quare
errare nos feciſti dñe de vijs tuis
indurasti cor nr̃m ne timeremus
te. Cõuertere ꝓpter ſuos tuos tri
bus hẽditatis tue. Quaſi nihilũ
poſſederũt populũ ſãctũ tuũ hoſtes
noſtri. cõculcauerũt ſãctificacõ eꝫ
tuaꝫ. Facti ſumus quaſi in princi
pio cũ non dñareris noſtri: neq̃ꝫ
inuocaretur nomẽ tuum ſup nos.
Utinã dirũperes ⸿ Ca. lxiiij.
celos et deſcẽderes. A facie
tua montes defluerent ſicut exu
ſtio ignis tabeſcerẽt atq̃ꝫ arderent

igni ut notū fieret nomē tuū ini
micis tuis· a facie tua gentes tur
barētur· Cū feceris mirabilia nō
ſuſtinebim⁹· Deſcēdiſti ⁊ a facie
tua mōtes defluxerūt· A ſeculo nō
audierūt neq; aurib⁹ perceperunt
Oculus nō vidit deus abſq; te q̄
preparaſti expectātib⁹ te· Occurriſti
letāti ⁊ facienti iuſticiā· in viis tuis
recordabūtur tui· Ecce tu irat⁹ es
et peccauim⁹· in ipſis fuim⁹ ſemp
⁊ ſaluabimur· Et facti ſumus ut
immūdi oēs nos et q̄ſi pānus
mēſtruate vniūſe iuſticie nr̄e· Et
cecidim⁹ q̄ſi foliū vniūſi ⁊ iniq̄ta
tes nr̄e q̄ſi ventus abſtulerūt nos
Nō eſt q̄ inuocet nomē tuū q̄ con
ſurgat et teneat te· Abſcōdiſti fa
ciē tuā a nobis ⁊ alliſiſti nos in
manū iniq̄tatis nr̄e· Et nūc dn̄e pr̄
nr̄ es tu nos vero lutū· ⁊ fictor nr̄
tu et opa manuū tuarū oēs nos·
Ne iraſcaris dn̄e ſatis ⁊ ne vltra
memineris iniq̄tatis nr̄e· Ecce re
ſpice: popul⁹ tuus oēs nos· Ciui
tas ſancti tui facta ē deſerta· ſyon
deſerta facta ē· Iheruſalē deſolata
dom⁹ ſctificacōis nr̄e ⁊ glīe nr̄e
vbi laudauerūt te pr̄es nr̄i facta
eſt in exuſtionē ignis et oīa deſi
derabilia nr̄a verſa ſūt in ruinas
Nūq̄d ſup hiis cōtinebis te dn̄e·
tacebis ⁊ affliges nos vehemēter·
Q̄ſierūt me q̄ añ nō interrogabāt·
iuenerūt q̄ nō q̄ſierūt me· Ca· lxv·

Ixi· Ecce ego· ecce ego ad gē
tē que nō inuocabat nomē
meū· Expādi man⁹ meas tō die
ad populū incredulū qui gradit
in via nō bō poſt cogitacōes ſuas
Popul⁹ qui ad iracundiā puo
cat me ante faciē meā ſemp· qui
ymolant in ortis ⁊ ſacrificāt ſup
lateres· qui habitāt i ſepulchris
⁊ i delubris ydolorū dormiūt· q̄ co
medūt carnē ſuillā et ius pfanū
in vaſis eorū· q̄ dicūt recede a me
nō appropinques mihi q̄r immū
dus es· iſti fumus erūt in furore
meo ignis ardēs tō die· Ecce ſcri
ptū eſt corā me· Nō tacebo ſ; red
dā ⁊ retribuā in ſinu eorū iniq̄ta
tes vr̄as ⁊ iniq̄tates pr̄m vr̄orū ſi
mul dicit dn̄s· qui ſacrificauerūt
ſup mōtes ⁊ ſup colles exprobra
uerūt mihi ⁊ remetiar op⁹ eorū p̄
mū i ſinu eorū· Hec dic̄ dn̄s· Quō
ſi inueniat̄ granū in botro ⁊ dica
tur ne diſſipes illud qm̄ bñdictō
eſt· ſic faciā ppt̄ ſeruos meos ut
nō diſpdā totū· Et educam de ia
cob ſemen ⁊ de iuda poſſidentē
mōtes meos· Et hereditabūt eā
electi mei et ſerui mei habitabūt
ibi· Et erūt campeſtria in caulas
gregū ⁊ vallis achor in cubile ar
mentorū populo meo q̄ req̄ſierūt
me· Et vos qui dereliq̄ſtis dn̄m q̄
obliti eſtis montē ſcm̄ meū qui
ponitis fortune menſā et libatis
ſup eā· nūerabo vos in gladio et
oēs in cede corruetis pro eo q̄ vocа
ui ⁊ nō reſpōdiſtis mihi· locutus ſū
⁊ nō audiſtis et faciebatis malū
in ocul̄ meis ⁊ q̄ nolui elegiſtis·
Propt̄ hoc hec dicit dn̄s de⁹· Ecce
ſerui mei comedēt ⁊ vos eſurietis
Ecce ſerui mei bibēt ⁊ vos ſitietis
Ecce ſerui mei letabūtur ⁊ vos cō
fūdemini· Ecce ſerui mei laudabunt
p̄ exultacōe cordis et vos clama
bitis p̄ dolore cordis ⁊ p̄ cōtricōe
ſpūs vlulabitis ⁊ dimittetis no
mē vr̄m in iuramētū electis meis

Et interficiet te dñs deus ⁊ ſuos
ſuos vocabit noīe alio In quo q̄
bñdictus ē ſup terrā· bñdicet̄ ī do
mino amē ⁊ q̄ iurat ī t̄rā· iurabit
in deo amē· Quia obliuio mi tradi
te ſūt anguſtie p̄ores ⁊ q̄ abſcon
dite ſūt ab ocul' nr̄is Ecce em̄ ego
creo celos nouos ⁊ terrā nouā ⁊
nō erīt in memoria p̄ora ⁊ nō aſcē
dēt ſup cor· ſ; gaudebitis et exulta
bitis vſq; ī ſēpit̄nū in hījs q̄ ego
creo· Quia ecce ego creo iheruſalē
exultacōem ⁊ populū ei⁹ gaudiū
⁊ exultabo ī iheruſalē et gaudebo ī
populo meo ⁊ nō audiet̄ in eo vl
tra vox fletus ⁊ vox clamoris· Nō
erit ibi āplius infās dierū ⁊ ſenex
q̄ nō impleat dies ſuos qm̄ puer
centū annoꝝ moriet̄ et pctōr cētū
annorum maledictus erit· Et edi
ficabūt domos ⁊ hītabūt ⁊ plan
tabūt vineas ⁊ ꝯmedēt fruct⁹ ea
rū· Nō edificabūt et ali⁹ hītabit
nō plantabūt et alius comedet·
Scđm enim dies ligni erīt dies po
puli mei ⁊ opa manuū eoꝝ inue
terabūt. Electi mei nō laborabunt
fruſtra neq; generābūt in ꝯturba
cōne· q̄ ſemē bñdictoꝝ dñi ē ⁊ ne
potes eoꝝ cū eis· Eritq; anteq̄ cla
mēt ego exaudiā· adhuc illis lo
quētib⁹ ego audiā· Lupus ⁊ ag
nus paſcent̄ ſil' ⁊ leo ⁊ bos come
dēt paleas ⁊ ſpēti puluis panis
ei⁹· Nō nocebūt neq; occidēt ī oī
mōte ſcō meo dic̄ dñs· Ca· lxvi·

Hec dicit dñs Celū ſedes mea
eſt ⁊ terra ſcabellū pedū me
oꝝ· Que ē iſta dom⁹ quā edifica
bitis mihi ⁊ q̄s iſte locus requie
cōis mee· Oia hec manus mea fe
cit ⁊ facta ſūt vniūſa iſta dic̄ dñs
Ad quē aūt reſpiciā niſi ad pau
perculū ⁊ ꝯtritū ſpiritu ⁊ trementē
ſermones meos· Qui ymolat bo
uē quaſi qui interficiat virū· Qui
mactat pecus q̄ſi qui excerebret ca
nē· Qui offert oblacōez q̄ſi q̄ ſan
guinē ſuillū offerat. Qui recordat̄
thuris q̄ſi q̄ bñdicat ydolo· Hec
oia elegerūt in vījs ſuis ⁊ ī abho
minacōib⁹ ſuis aīa eoꝝ delectata
eſt· Vnde ⁊ ego eligā illuſiōes eo
rū ⁊ que timebāt adducā eis· q̄
vocaui ⁊ nō erat qui rñderet· locu
tus ſū ⁊ nō audierūt· Feceruntq;
malū in ocul' meis et q̄ nolui ele
gerūt· Audite v̄bū dñi qui tremi
tis ad v̄bū eius· Dixerūt fratres ve
ſtri odiētes vos ⁊ abiciētes ꝓpter
nomē meū· Glorificet̄ dñs ⁊ vide
bim⁹ in leticia vr̄a· ipſi aūt ꝯfūdē
tur· Vox ppl'i de ciuitate· vox de tē
plo vox dñi reddētis retribucōez
inimicis ſuis· Anteq̄ pturiēt pepit
anteq̄ veniret partus ei⁹ pepit maſ
culū. Quis audiuit vnq̄ tale ⁊ q̄s
vidit huic ſimile· Nūquid pturi
et terra ī die vna aut pariet̄ gēs
ſil' q̄ parturiuit ⁊ pepit ſyō filios
ſuos· Nūquid ego qui alios pe
re facio: ipſe nō pariā dicit dñs·
Si ego qui generacōez ceteris tri
buo ſterilis ero ait dñs deus tu⁹·
Letamini cū iheruſalē ⁊ exultate ī
ea oēs qui diligitis eā· Gaudete
cum ea gaudio vniuerſi qui luge
tis ſup eā ut ſugatis ⁊ repleamini
ab vbere ꝯſolacōis ei⁹ ut mulge
atis et delicijs affluatis ab oīmo
da gloria ei⁹· Quia hec dicit dñs·
Ecce ego declinabo ſuper eam qua
ſi fluuiū pacis ⁊ q̄ſi torrētē inun
dantē gloriā gētiū quam ſugetis

Ad vterā portabimini ⁊ ſuper ge
nua blādiētur vobis. Quo ſi cui
mē blādiat̄ ita ego ↄſolabor voſ
⁊ in ihr̄lm ↄſolabimi. Videbitis
⁊ gaudebit cor vr̄m et oſſa vr̄a q̄
ſi herba germinabūt Et ↄgnoſce
tur man⁹ dn̄i ſeruis ei⁹ et indig
nabit̄ inimicis ſuis. Quia ecce do
min⁹ in igne veniet ⁊ q̄ſi turbo q̄
driga ei⁹. reddē in indignacōne
furorē ſuū ⁊ increpacōꝫ ſuā in flā
ma ignis. Quia in igne dn̄s diiu
dicabit ⁊ in gladio ſuo ad oēm
carnē et multiplicabūtur interfecti
a dn̄o. Qui ſanctificabātur ⁊ mū
dos ſe putabāt i ortis poſt ianuā
intrīſecus qui comederūt carnem
ſuillā et abhoīacōnē ⁊ murē ſil
ↄſumētur dicit dn̄s. Ego aūt ope
ra eoꝝ ⁊ cogitacōēs eoꝝ uenio ut
ↄgregē cū oībus gētibꝫ ⁊ linguis
⁊ veniēt ⁊ videbūt gloriā meā. Et
ponā in eis ſignū et mittaꝫ ex eis
qui ſaluati fuerint ad gētes i ma
re in affricā in lidiā. tenētes ſagit
tā in ytaliā et greciaꝫ ad inſulas
longe. ad eos q̄ non audierūt de
me ⁊ nō viderūt gloriā meā. Et an
nūtiabūt gloriā meā gētibꝫ ⁊ ad
ducēt oīs frēs vros de cūctis gē
tibus donū dn̄o in eq̄s et in q̄dri
gis ⁊ in lecticis ⁊ in mulis ⁊ in car
rucis ad mōteꝫ ſanctū meū iheru
ſalē dicit dn̄s. quō ſi inferāt filij
iſrahel mun⁹ in vaſe mūdo in do
mū dn̄i. Et aſſumā ex eis in ſacer
dotes ⁊ leuitas dicit dn̄s. qꝛ ſicut
celi noui ⁊ terra noua q̄ ego facio
ſtare coraꝫ me dic̄ dn̄s de⁹. ſic ſta
bit ſemē vr̄m ⁊ nomē vr̄m. Et erit
mēſis ex mēſe et ſabbatū ex ſab
bato. Veniet oīs caro ut adoret
coraꝫ facie mea dicit dn̄s. Et egre
dient̄ ⁊ videbūt cadauera viroꝝ
qui preuaricati ſūt i me. Vermis
eoꝝ nō morietur ⁊ ignis eoꝝ nō ex
tinguetur et erūt vſqꝫ ad ſacietatē
viſionis omni carni.

Explicit Iſaias. Incipit ꝓlo
gus in Ieremiā ꝓphetam.

Heremias ꝓpheta cui hic ꝓlogus
ſcribit̄. ſermōe quidē apud hebre
os yſaia ⁊ oſee ⁊ q̄buſdā alijs ꝓ
phetis videt̄ eē ruſticior. ſꝫ ſenſib⁹
par eſt. quippe q̄ eodē ſpū ꝓpheta
uerit. Porro ſimplicitas eloquij
de loco ei in quo natus ē accidit.
Fuit enim anathotites q̄ eſt vſqꝫ
hodie viculus trib⁹ ab iheroſoli
mis diſtās milib⁹. ſacerdos ex ſa
cerdotib⁹ ⁊ in m̄ris vtero ſanctifi
cat⁹. virginitate ſua euāgelicū vi
rū xp̄i ecc̄ie dedicās Hic vaticina
re exorſus eſt puer ⁊ captiuitatē vr
bis atqꝫ in dee. nō ſolū ſpū ſꝫ ⁊ ocu
lis carnis intuit⁹ eſt. Iā dec̄ē trib⁹
iſrahel aſſyrij in medos trāſtule
rāt. iaꝫ terras eaꝝ coloni gentiū
poſſidebāt. Vn̄ in iuda tm̄ ⁊ i be
niamin ꝓpheta uit ⁊ ciuitatis ſue ru
inas q̄druplici plāxit alphabeto
quod nos mēſure metri v̄ſibuſqꝫ
reddidim⁹. Preterea ordineꝫ viſio
nū q̄ apud grecos ⁊ latinos oīo
ↄfuſus ē ad p̄ſtinā fidē correxim⁹
Libꝝ aūt baruch notarij ei⁹ qui
apud hebreos nec legit̄ nec hēt̄
p̄termiſſus. Pro hijs omnibus
maledicta ab emulis p̄ſtolantes
quibꝫ me nc̄c̄e eſt p ſingula opuſ
cula trādē Et hoc patior quia voſ
cogitis Ceterū ad cōpendiū mali